

AÑO 22. • Viernes 12 de Noviembre de 1875. N.º 18.

---



## BOLETIN ECLESIÁSTICO

DE LOS OBISPADOS DE

# SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

---

### SECRETARÍA DE CÁMARA.

---

S. S. I. el Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo mi Señor, ha determinado celebrar Dios mediante Ordenes generales en los días 17 y 18, Téporas de Sto. Tomás. Los aspirantes presentarán con la correspondiente solicitud los documentos necesarios en esta Secretaría los de esta Diócesis y los que pertenezcan á la de Ciudad-Rodrigo en la del Gobierno Eclesiástico de la misma en todo el corriente mes.

Salamanca 3 de Noviembre de 1875.—*Dr. Ramon de Iglesias y Montejo*, Secretario.

---

Se ruega á los Sres. Párrocos y Ecónomos de los pueblos que se hallen en descubierto del pago de la limosna de la Santa Cruzada y del Indulto Cuadragesimal de la actual predicacion, hagan saber á los expendedores de los Sumarios que es urgente se presenten á

liquidar y realizar el pago en la Administracion Dioce-  
sana, para que no sufran mayor entorpecimiento las  
operaciones que deben preceder á la distribucion de  
dicha limosna.

Salamanca 8 de Noviembre de 1875.—*Dr. Ramon de  
Iglesias y Montejo, Secretario.*

---

La Gaceta publica el siguiente decreto:

«Para llevar á debido cumplimiento lo estipulado con  
la Santa Sede en el art. 14 del convenio de 25 de Ago-  
sto de 1859, adicional al Concordato de 1851, á propues-  
ta de mi ministro de Gracia y Justicia, de acuerdo con  
el reverendísimo Cardenal Pro-nuncio apostólico, y  
conformándome con el parecer de mi Consejo de Mi-  
nistros, vengo en decretar lo siguiente:

Artículo 1.<sup>o</sup> La cantidad que se ha de imputar  
anualmente á los gastos del culto, como producto del  
ramo de Cruzada, será la de 2.670.000 pesetas, á que as-  
ciende el importe calculado del año comun del último  
quinquenio, deducidas ya las cargas de justicia y gas-  
tos de impresion, publicacion y administracion de la  
Santa Bula.

Art. 2.<sup>o</sup> La Comisaría general de la Cruzada remi-  
tirá al ministerio de Gracia y Justicia la distribucion de  
la espresada suma de 2.670.000 pesetas entre las dióce-  
sis de la Península é islas Baleares y Canarias, para  
que en el presupuesto de obligaciones eclesiásticas se  
descuento á cada una la cantidad que perciba de los  
productos de Cruzada.


Art. 3.<sup>o</sup> Teniendo en consideracion que la cobranza

de los productos de esta gracia se hace al año siguiente de la expedicion de los Sumarios, el descuento de los productos del ramo de Cruzada correspondiente á cada predicacion, se hará en el presupuesto de obligaciones eclesiásticas del año económico inmediato.

Art. 4.<sup>º</sup> Serán de cuenta y cargo de la Comisaría general de Cruzada, además de los 2.670.000 pesetas que segun los artículos anteriores ha de aplicarse al culto, el pago de los gastos de impresion, publicacion y administracion de la Santa Bula, y las cargas de Justicia afectas á los fondos de Cruzada, que son 86.167 pesetas 25 céntimos para la fábrica de la Iglesia de San Pedro; 7.755 pesetas para la de San Juan de Letrán; 25.000 para dotacion del muy reverendo Nuncio de Su Santidad, cuyo importe se ha tenido en cuenta al fijar el producto liquido del ramo de Cruzada, imputable al presupuesto del culto.

Art. 5.<sup>º</sup> Las pensiones vitalicias concedidas con anterioridad al R. D. de 8 de Enero de 1852 que gravan los productos del Indulto Cuadragesimal, continuarán satisfaciéndose por las diócesis respectivas hasta su extincion, aplicándose el resto de estos productos á los establecimientos de beneficencia y obras de caridad, en el modo y forma prevenidos en el art. 13 del Real Decreto citado.

Art. 6.<sup>º</sup> Se declaran en toda su fuerza y vigor los artículos 26, 27 y 28 del mismo R. D. de 8 de Enero de 1852, en cuya virtud, los gobernadores civiles auxiliarán á los muy reverendos Prelados diocesanos para el cobro de los créditos del ramo de Cruzada, procediendo en caso necesario por la vía de apremio.»



## INAUGURACION DEL CURSO ACADÉMICO DE 1875 Á 1876

### EN EL SEMINARIO CONCILIAR CENTRAL DE ESTA CIUDAD.

---

Reunidos en el salon de grados en el dia 3 del proximo pasado mes de Octubre á las 9  $\frac{2}{4}$  de la mañana los Sres. Profesores del Seminario, presididos por el dignísimo Sr. Cancelario y Rector del mismo, pues lo delicado de la salud impidió al Illmo. Sr. Obispo de la Diócesis autorizar el acto con su asistencia, precedidos todos, por los alumnos, tanto internos como externos y de no pocas personas que habian acudido con el objeto de presenciar la solemne ceremonia, se dirigieron en orden á la Capilla interior del Establecimiento, en donde despues de haberse celebrado el Santo Sacrificio de la Misa para impetrar del Padre de las Luces las que cada cual necesita para llevar á cabo con todo acierto la misión que se le ha confiado, se hizo por los Catedráticos la profesion de fé segun la fórmula de Pio IV prestando el debido juramento.

En el mismo orden con que vinieron, volvieron al referido salon de Grados, en el que ocupando el púlpito el aventajado jóven y Catedrático de Sagrada Teología Licenciado D. Enrique Almaraz Santos, leyó el discurso latino que se inserta á continuacion y que ya, por el asunto, ya por la erudicion que en sí encierra, cautivó por largo rato la atención de todos los circunstantes. Concluido todo lo cual el Sr. Rector, en nombre del Illmo. Sr. Obispo de la Diócesis, declaró abierto el curso académico de 1875 á 1876.

DIGNISSIME RECTOR:

Nihil tam gratum, tamque jucundum, quam juvenes adhortari ex hoc loco, quo ad litterarum laudem celebrandam conveniunt; adolescentes, inquam, quibus scientia et virtus semper necessaria sunt, maximeque his diebus nostris qui sacerdotem neque illiteratum neque imperitum, ut fama est, evidenter ostendant. Nihil iterum difficilius, nihil arduum magis, quam instituere quamdam rationem studiorum, quibus qui in Seminariis Theologiæ dant operam, ad scientiam simul et pietatem informentur. Si enim adolescentes mediocriter eruditi et indocti arceantur a Seminariis, quota pars supererit? Vana erit solitudo, carebit Ecclesia ministris, carebunt Episcopi sacerdotibus qui populos sibi commisos veneranda Religionis mysteria, christianamque disciplinam edoceant. En Seminariorum institutionis finis. Id agitur ut magistri efficiantur, dentur Ecclesiæ Pastores, fidelibus duces qui certam salutis viam indicent, qui avocent ab obliquis deviisque tramitibus per quos itur perditum, qui magnos, pravosque, indoctos atque doctos edoceant. Necessum igitur erit, post interclusum studiorum aditum, aliquid in eorumdem instauratione præfari, ac animos denuo ad laborem compellere. Meum est hoc facere, de mandato Praeclarissimi mei Antistitis, atque accepti beneficij grates habens, numquam, sive ob insufficientiam meam, sive ob temporis brevitatem, nisi expressa ejus voluntate, injunctum munus a me fuisse suscipiendum. Versati enim cum sitis, ornatissimi auditores, orationem hujus generis exaudiendi multiplici eruditione conspersam, mirandum vobis est, si doctrina, cultura, cæteræque dotes in præ-

senti oratione desiderentur. Consentiens tamen votis et voluntate Præsulis nostri, quæ quidem voluntas mea est, quam maxime potero, laborabo, ut rem adipiscar, atque animo evolvens argumentum, quod et ad erudiendum aptum, sic et operæ præmium esset, peropportunum mihi visum fuit, *catholicae veritatis studium, quæ quidem scientia est, universim fervuisse, et præsertim a celebratione Concilii Tridentini, adversum innumeros Ecclesiæ hostes manifesto patefacere.* Tua bona venia, dignissime Rector, mihi dicere liceat, quæ audias, et hoc inter maxima beneficia referam, auditores præstantissimi, modo vestram attentionem adhibeat, pro certo habentes, me haud aliis momentis quam communi vestræ utilitati moveri.

I.

Doctrinæ theologicæ fundus, ut ita dicam, seu res et essentia a divina revelatione repeti unice potest, eaque proinde in se inmutabilis est; complectitur enim dogmata quæ Deus ipse manifestavit, quamvis nonnisi data opportunitate, taut necessitate cogente, certis dicendi formulis, labentibus sæculis ab Ecclesia proposita fuerint. Hoc igitur sensu Theologiæ seu catholicæ veritatis objectum unum idemque est hodie, ac fuit atque erit usque ad sæculorum consummationem. Ast vero Theologo non satis est, quæ Deo in se, absolute convenient, ea facultatis suæ viribus, juribusque tribuere, nisi etiam illa vindicet quæ Deo quasi accident in ordine ad creaturas, ita tamen ut summa et infima, divina et humana non misceat; sed adeo articulateclare, artificiose hæc componit illis, his illa jungit, ut non modo nullam

sibi vicissim obscuritatem afferant, verum etiam utraque utrisque afferant lumen. Quod sicut solem, aut lucem vivissimam intueri nequimus adversum, ejusque radiis acies nostra, sensusque vincitur, sic ad divinæ lucis obtutum, mentis nostræ oculi hallucinantur et calligant. Necesse proinde est ut Deum sua natura invisiabilem, in effectis, ceu in umbra, in speculo, in imagine, in signis, in vestigiis cernamus. «*Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas* (1). Cum vero inter omnia quæ oculorum sensu percipimus, rationalis creatura simillima sit Deo, ad imaginem quippe Dei, factus est homo, nihil profecto invenies in quo divina bonitas, potestas et sapientia magis eluceant. Theologiæ ergo disciplina, quamvis de Deo ipsa præcipue sit, plurium tamen circa homines humanaque versatur, et cum ex homine, tum ex his quæ Deus homini fecit atque efficit, divinæ naturæ cognitionem quererit. Quod si potentiam, benignitatem et providentiam Dei indagare et proferre, propositum Theologiæ munus est, de fine quem Deus non alium quam seipsum hominibus comparavit, deque mediis ad hunc finem necessariis, virtutibus, legibus, gratia, sacramentis, longissima disputatio, non est ab instituto theologico aliena, immo vero eæ res Dei ipsius probitatem, æquitatem virtutem, integritatem, beneficentiam, liberalitatem, misericordiam, patientiam longanimitatem insigniter et præclare patefaciunt et illustrant.

Theologiam non tantum speculativam esse, sed practicam, atque adeo finem ejus præcipuum, non esse contemplationem sed actionem, jure et merito est asseren-

---

(1) Ad Rom. 1. 20.

dum. Nam et cognitio, contemplatioque naturæ, ut ait eleganter Cicero, manca quodammodo, atque inchoata est, si nulla actio rerum consequatur. *Vani sunt, inquit Sapiens, homines, in quibus non subest scientia Dei* (1). Et Apostolus: *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis* (2). Deus ipse est doctrinæ huic objectum, subjectumque propositum, et quasi versanda materia; finis primarius naturæ divinæ notio et contemplatio per Dei potentias, virtutes, et proprietates explicata, postremus vero earum rerum actio, quæ ad mores sunt ad bene beateque vivendum necessariæ. Rite ergo Theologiam scientiam dicimus in qua certitudo immobilis, firma constantia, et, ut ita dicam, infallibilitas cognitionis est. Quid, quod Musica, et Astronomia, a plerisque scientia nucupatur, ut Cano observat (3), et tamen vix unus aut alter cœlorum, siderumque errantium conversiones a quibus disciplinæ illæ nunc pendent, proprio vel instrumento vel experimento exploravit? Quo magis doctrinam nostram, quam Theologiam profitemur, scientiam, sapientiamque debemus appellare? *Scio quod Redemptor meus civit,* (4) — *Scio quod certissime regnaturus sis,* (5). — Dedit illi scientiam sanctorum (6), hæc aliaque totidem sunt scripturalia testimonia quibus assertio nostra magis ac magis robatur. Evidentiam celeberrimus Aristoteles postulat in disciplinis, ut rerum cognitio nec fallere possit nec mutari; firmam enim immutabilemque notionem

(1) Sap. 13. 1.

(2) Ad Rom. 1. 21.

(3) Lib. 12. cap. 3. De locor. usu.

(4) Job. 19. 25.

(5) I Reg. 24. 21.

(6) Sap. 10. 10.

scientiæ vocabulum postulat. Cum igitur res, quæ in fidem ac Theologiam incident, stabiles, immobilesque sint, nec in eis Theologus errare, labi, aut decipi queat, fit ut sine perspicuitate etiam Theologia scientiæ proprie sibi appellationem vindicet. Et re quidem vera, si modo Aristoteles viveret, non aliud nomen inveniret, quo Theologiam aptius et congruentius appellaret, cum scientiam et scientiarum magistram esse, ipse D. Thomas asserat. «Cum ista scientia, i. e. Theologia, ait *angelicus Doctor* (1) quantum ad aliquid sit speculativa,  
»et quantum ad aliquid sit practica, omnes alias trans-  
»cendit, tam speculativas quam practicas. Speculati-  
»varum enim scientiarum una altera dignior dicitur, tum  
»propter certitudinem, tum propter dignitatem materiæ.  
»Et quantum ad utrumque hæc scientia alias speculati-  
»vas scientias excedit. Secundum certitudinaen qui-  
»dem, quia aliæ scientiæ certitudinem habent ex natu-  
»rali lumine rationis humanæ, quæ potest errare; hæc  
»autem certitudinem habet ex lumine divinæ scientiæ  
»quæ decipi non potest: secundum dignitatem vero ma-  
»teriæ, quia ista scientia est principaliter de his quæ  
»sua altitudine rationem transcendunt; aliæ vero scien-  
»tiæ considerant ea tantum quæ ratione subduntur.  
»Practicarum vero scientiarum illa dignior est quæ ad  
»ulteriorem finem non ordinatur. Finis autem hujus  
»doctrinæ in quantum practica, est beatitudo æterna  
»ad quam sicut ad ultimum finem ordinantur omnes alii  
»fines scientiarum praticarum. Unde manifestum est,  
»concludit D. Thomas, secundum omnem modum eam  
»digniorem esse aliis.» Ast nullo pacto mirari nos de-

---

(1) Summa theolog. prim: part. quæst. I. art. V.

bet hujusmodi scholarum Angelī doctrina, modo leviter consideretur, veritatem catholicam e cœlo ipso fuisse delapsam. Hæc sola, ait P. Perrone, vere solvit problemata quæ sibi antiqua philosophia proposuerat, quin his solvendis par fuerit. Docuit enim hominem, quæ vera sit ejus ac mundi origo, qui supremus utriusque finis ac relationes hominis ad Deum creatorem suum, viamque tutam humanitati commonstravit ad finem ultimum assequendum, qui in æterna beatitate sive unione æterna cum Deo consistit. Doctrina isthæc fecundissima fuit, siquidem novam societati vitam communicavit, odia, quibus sese mutuo nationes prosequebantur, extinxit, ut ex humano genere universo unicam veluti familiam coagmentaret; impulsionem vehementissimam dedit ad virtutem omnigenam; amplificavit, perfecitque philosophiam quæ se auctoritati fallere et falli nesciæ tutandan regendamque permitens, longe securior incessit et ulterius quam ante progressa est. Facili negotio excurrere possem per tot sæculorum spatia, et catholicos viros recensere, qui totis viribus nihil non egerunt, ut scientiarum scientia non finiret, sed et supra cæteras emineret et in universam terram redundaret. Hoc Apostolici Patres fecerunt; hoc Apologetæ, hoc Clemens Alexandrinus cum ejusdem nominis schola, hoc Origenes, hoc Magnns Athanasius, hoc S. Basilius. hoc uterque Gregorius, hoc S. Chrisostomus, hoc Cyrillus Alexandrinus, hoc S. Leo Magnus, hoc Maximus Doctor Hieronimus, hoc perceleber D. Augustinus, hoc S. Joannes Damascenus, hoc Vincentius Lirinensis, hoc Isidorus Hispanensis, hoc S. Anselmus, hoc D. Bernardus, hoc deum D. Bonaventura, ut alios quamplurimos omittam,

qui omnes ante D. Thomam et maxime floruere, et hæreses prosternarunt et veritatem catholicam semper in tuto collocarunt.

Et quoniam de Angelico Doctore mentionem feci, antequam solidissime evincam secundam orationis meæ partem, incrementum videlicet catholicæ doctrinæ a Concilio Tridentino usque ad nos, præterire nullo pacto possum D. Thomæ tum ætate sua influxum, tum etiam hodiernis nostris temporibus.

Haud pauci medium œvum veluti ætatem habuerunt ignorantiae tenebris penitus obvolutam; adeo ut hujus ævi res, ipsique homines a quibusdam et injuste et injuriose judicentur. Ipsamet Theologia et Philosophia, artes et scientiæ, institutiones et litteræ, omnia, uno verbo, illius ætatis parum æstimantur; omne, quod ad hanc historiæ ecclesiasticæ epocham quoquo modo pertinet, irridendum traditur. Verum sana ratiō, super solida fundamenta historica innixa, jam dudum cœpit luce tenebras dissolvere, ita ut paucissimi sint in præsens qui nobiscum amice non consentiant. Et re quidem vera, satis est recordari hac in epocha D. Thomam floruisse, ut et deponantur præjudicia, si quæ sint, et fateatur divinam scientiam summum honorem nactam fuisse. S. Thomas Aquinas, Angelicus Doctor jure merito nuncupatus, sive miram ingenii facilitatem expectes, sive scriptorum editorum copiam et perspicuitatem, Philosophiæ luminare e terra migrans ad Omnipotentis Dei Patris sinum, postquam ut fundamentum et centrum in scientifico orbe, habitum fuerit, e novo lucescere debuit, ab eo momento, quo et Ecclesia et scientia catholica sese opponere potuerunt mendis et erroribus nostram doctrinam everttere conantibus.

Theologia D. Thomæ ex hoc tempore in gymnasiis catholicis regnavit, et ex die in diem crescens tyrones produxit ut Durandum Angustinianum, Egidium Romanum, Dante et Savonarolam; maximam gloriam est adepta in ore Turrecrematæ et Cardinalis Ragusani, in conciliis Basileæ et Constantiensis; immortalis effecta est a Joanne de Montenegro in Concilio Florentino et Cardinali Cajetano Romæ tum vitam degente, et demum sæculo decimo sexto fulgore ut quum maximo enitescit simul ac Ecclesia catholica. Novatoribus enim adversus Ecclesian grassantibus, hac vero in Spiritu Sancto congregata Tridenti, summa theologica una cum sacris libris collocata fuit, ut tamquam bassis et fundamentum in decretis, in canonibus, in legibus condendis haberetur. Ab illa Victoria, cum eminentissimo discipulo Melchiorre Cano in Hispaniis sacerorum studiorum instauratore didicere; ab illa, doctrinam, præclarissimi theologi et canonistæ hispani, alteri non secundi, Dominicus Soto, Lainez, Salmeron, Petrus Soto, Antonius Augustinus, Covarrubias, Carranza, Arias Montano, pluresque alii Salmantinæ scholæ hauserunt; ab illa in philosophia, tres ut quum maximi philosophi sæculi decimi septimi Fenelon, Bossuet et Leibnitz, sunt edocti, ab illa denique, ab illa, scriptores necnon vere sapientes hujus nostri sæculi disciplinam acceperunt, Rosmini videlicet, Gioverti, Raulica, Alzog, Balmes, Donoso Cortes, Augustus Nicolas, Montalembert, Ozanam, Maret, ipseque Ceferinus Gonzalez, Ordinis Prædicatorum ornamentum.

Quæ, cum ita sint, facile mihi persuadeo D. Thomam non modo non oblivioni fuisse mandatum, quinimo, meo quidem judicio, totius humani generis, doctorem universum futurum.

II.

Age nunc, a celebratione Tridentinæ synodi †Theologia catholica fortasse oblitterata est? Minime sanc. Quemadmodum enim Concilii Tridentini beneficio, sacra universim reffloruit disciplina; clericalis juventus in litteris, moribusque diligentius excoli copta est, novoque Ecclesiæ ubique decore renituit, sic etiam inde theologica studia amplificata, perpolita eruditiora atque adeo solidiora effecta. Refragamur proinde nonnullorum recentiorum opinioni, qui docent e Tridentina synodo Theologiam totam possitivam effectam esse, speculativam vero jacuisse. Ast ab hac ætate et diu deinceps non modo non jacuit, sed eo detergens squalore quem pseudo-scholasticorum ac temporum vitio contraxerat, quemque acriter adeo Ludovicus Vives, Melchior Cano, aliique insectati erant, vignit etiam et suum visa est splendorem recuperare. †Quis enim Francisci de Victoria qui primus in ea instauratione prædicatur, et Melchioris Cano, et Salmanticensium, et Maldonati, et Becani et Card. Joannis de Aguirre nomina nunquam audierit? Quis non est admodum miratus opera utriusque Soti, Gonetti, Sylvii, Gammachœi, aliorumque de quibus tacere prorsus malo quam parum dicere? Ecquis non collaudet volumina Valentiae, Toleti, Suarezii, Lugonis, Vazquesii, quorum imagines in præsens intuemur, utque in studium incumbamus, nostrum animum excitantes? (1)

---

(1) Effigies horum virorum depictæ sunt in aula, ubi lecta fuit oratio hæc.

Fœdarunt quidem omnia Protestantes, omnia perverterunt. Biblica, exegessi atque hermenentica, philologia, historia, patristica, achæologia aliisque ejusmodi disciplinis quæ tunc maximo prætio haberi coeperant, pessime abutebantur, ut fuccata incautos eruditione deciperent. Tot igitur machinationes, ut subruerentur, iisdem armis erat catholicis theologis dimicandum, eadem disciplinæ naviter excolendæ in eamdem palæstram descendendum. Quorūcā divina factum est providentia, ut strenni tunc, ac deinceps ex universo catholicō orbe consurgerent viri, qui vario illarum disciplinarum præsidio, abunde muniti, sectariorum audaces impetus debilitarent ac frangerent. Statim namque Novatores arma capesserunt in catholicam fidem ejusque ministram ac vindicem Theologiam, præstantes Theologi in aciem descenderunt.

Audiatis, quæso nonnulla celeberrima nomina fidei catholicæ defensorum insignium, quos Lutheranæ hæresi Christus opposuit et scriptis ipsam impugnarunt atque debellarunt. Hos inter immortale nomen sibi peperere Thomas de Vio, Ordinis Prædicatorum; Sylvester Prieras, ejusdem ordinis, sacri Palatii magister, Hieronymus Seripandus, S. R. E. Cardinalis, ordinis Eremitarum S. Augustini; Henricus VIII Angliæ Rex, ob assertionem VIII sacramentorum contra Babyloniam captivitatem Lutheri, fidei catholicæ defensor a Leon X appellatus; Petrus et Dominicus Soto, Ordinis FF. Prædicatorum theologi doctissimi quibus pluribusque aliis addenda Anna Buisia, virgo et Ludi-magistra Antuerpiensis, quam excellens supra sexum eruditio, mores castissimi, et veteris religionis studium, immortalitali consecrarunt, quæ rithmo theutonico pereruditio

carminum libros sexdecim adversus Lutheranos pri-  
mum exurgentibus publicavit (1).

Calvinianam hæresim scriptis pariter eruditis im-  
pugnarunt Franciscus Balduinus, Attrebas, Juriscon-  
sultorum suo tempore princeps; Robertus Cenalis,  
theologus Parisiensis, Episcopus Abrincensis; Joannes  
Hesselius, theologus Lovaniensis, Andreas Vega, Or-  
dinis Minorum Professor, Doctor Salmanticensis,  
alios omittendo, ne longior quam mihi constitui, mea  
forte pervadat oratio (2). Suscitavit Deus præterea Ignat-  
ium de Loyola, cuius societas ab ipso fundata et cons-  
tituta, sic adhuc et pro Ecclesiæ bono adlaborat, ut a  
Pio IX feliciter regnante, vocari meruerit ipsius Eccle-  
siæ prima acies. In ea exceluit Card. Bellarminus, cu-  
jus *Controversiæ*, sive soliditatem rerum expectes, si-  
ve vim ratiocinandi, sive nativam disserendi perspicui-  
tatem, eo in genere tractationis absolutum exhibent  
exemplar. In ea enituit Petavius, qui inter theologos  
dogmaticos merito princeps censetur, atque a Curce-  
llœo, Jesuitarum theologorum Aquila nuncupatus est.  
Novatores quoque Bosuetius exagitavit, potravitque tot  
aureis scriptis quibus eos aggressus est, præsertim ve-  
ro numquam satis commendanda *Variationum histo-  
ria*. Denique adversus eosdem Protestantes florentissi-  
mæ Academiæ Parisiensis, Lovaniensis, Compluten-  
sis, Bononiensis, Salmanticensis et aliæ, non modo

---

(1) Cf. Natal. Alex. *histor. eccles.* sæc. XV. et XVI.

(2) Ibid.

magno numero viris doctissimis refertæ fuerunt, sed nulla extitit scientiæ sacræ pars, quæ cultores suos eximios nacta non fuerit (1).

(Se continuará.)

---

## NECROLOGIA

---

En el dia 29 de Octubre último falleció Sor Beatriz de San Juan Hernandez, Religiosa profesa de velo negro del Convento de Madre de Dios de esta Ciudad. Con motivo de este fallecimiento ha quedado vacante el oficio de Cantora que desempeñaba en el mismo Convento. Tambien están vacantes en el de Sta. Ursula de la misma las plazas de Cantora y Organista. Las aspirantes se dirigirán á las Sras. Superioras de las respectivas Comunidades.

---

(1) Cf. J. B. Gener *in Prodromo ad Theologiam.*